

βλητικὴ, à natura est. modi autem aliquot singulares ipsumque pretium, ἢ χρηματιστικὴ, ab instituto <sup>1</sup>: quæ vetustiores juris interpretes non satis distinxerunt. Fatentur tamen omnes proprietatem rerum, saltem mobilium à jure gentium primario prodire, itemque contractus omnes quibus pretium non accedit <sup>2</sup>. Philosophi <sup>3</sup> τὴ μετὰ βλητικῆς, quam translationem vertere licebit, genera statuunt duo: τὴ ἐμπορικῆ ἢ τὴ καπηλικῆ: quarum ἐμπορικὴ, quæ ut vox ipsa indicat inter gentes diffitas, ordine naturæ prior est, & sic à Platone ponitur <sup>4</sup>. Καπηλικὴ eadem videtur esse quæ παρὰ σακίς Aristoteli, tabernaria sive stataria negotiatio inter cives. Idem Aristoteles <sup>5</sup> τὴ ἐμπορικῆ dividit in ναυκληρίαν & φορηγίαν, quarum hæc terrestri itinere, illa maritimo merces devehit. Sordidior autem est καπηλικὴ, contra honestior ἐμπορικὴ, & maritima maxime, quia multa multis impertit <sup>6</sup>. Vnde navium exercitationem

E ad sum-

<sup>1</sup> Ius naturale. dist. 1. Arist. d. c. 9.

<sup>2</sup> Castr. ex Cyno & aliis in d. L. ex hoc jure. n. 20. & n. 28. <sup>3</sup> Plato Sophista. <sup>4</sup> Plato lib. de Rep. 2. qui locus citatur. in L. 2. ff. de nundinis. <sup>5</sup> Arist. l. 1. de republ. c. 11.

<sup>6</sup> Cicero offic. 1. Arist. l. 1. de republ. c. 9.